Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26326
Copyright: Admont, Benediktinerstift



50

folia eius pulchrima ꝛc. Folia pulchrima hujus arboris sunt verba quæ ipse in cruce protulit quæ nobis sunt in documentum et flores sunt vulnera quæ in cruce pertulit quæ nobis sunt in exemplum summæ humilitatis et caritatis et pietatis. Pro folio eius non defluet et omne quod fecerit prosperabitur. Et ideo prosperabunt omnia ad efficacem in electis qui sicut dicit ipse. Voluntas Dei in manu eius dirigetur. Ideo quia dedit animam suam morte animam suam. Ultimo commendat ex propria fertilitate cum dicit quod fructus eius erit mihi ꝛc. Et ideo mihi quia toti mundo sufficere debent ad salutem et sum tertio dicit pomum. Cumque dicit primo vobis fructum arboris pulchrime ꝛc. Hic arbor pulchrima est crux per quam de qua cantat ecclesia. Arbor de. et fuit ornata pulchra tunc fructus est fructus ventris Dei et in maculate dei genitrix semper virginis in arbore crucis affixus tunc sanguis datus est nobis in potionem corporis in cibum vita in exemplum morte in medicinam et pace totius mundi redemptoris primum. Ecce hereditas domini fructus ventris ꝛc. Nono commendat arbor crucis ex sue fertilitatis omnium tuitione. Ecce est unus omnium mea pax. Oculi omnium te spectant et tu das eis escam tempore ꝛc. Nam cum omnis est usus et esus hujus fructus arboris crucis quia inde sumit pater manum penitentem veniam iustis gratiam salvatis coronam angelis letitiam. Tota trinitas gloriam. Decimo commendat ex tertio modo sub umbraculis et protectionis et hoc cum dicit. Sub cuius umbra habitabant animalia et bestie tere ꝛc. Ipse est religiosi et seculares. Seculares enim et penitentes qui fugiunt sub umbraculum crucis pro refrigerium ab estu vitiorum et peccatorum. Pro eis emittere in vitam refrigerium primum habeam ꝛc. et pro presidium contra insidias demonum. Sub umbra alarum tuarum protege me a facie impiorum qui me afflixerunt ꝛc. Religiosi vero et devoti confugiunt sub ipsius umbraculum pro refectione virtutum et sancte meditationis solacium. Tamen ipse. Sub umbra illius quem desiderabam sedi et fructus eius dulcis gutturi meo ꝛc. Undecimo commendat ex solatione mundificationis cum dicit. Et volucres celi habitabant in ramis eius ꝛc. Ramus hujus arboris crucis propi sunt propi virtutes et gratie infinitorum et exemplorum nobis exhibitorum et pulchritudinem et pro cruce. Et pomum. Rami mei honestis et gratie ꝛc. Volucres celi sunt viri sancti et contemplativi per sanctum contemplationem volantes et per devotam meditationem mundificantes et quemcumque mundum volunt propi. Passer invenit sibi domum et turtur nidum ꝛc. Tamen. Vel amica mea columba mea in foraminibus petre in cavernis macerie ꝛc. Duodecimo commendat arbor crucis ex fructu et usu sue pasque gratialis cum dicit. Ecce ex ea vescebant omnes corporaliter omne omnes vita gratie et vita glorie quia mors crucis pro omnibus electis gratiam meruit omnibus assumptis gloriam tulit. Electos enim hic in via reficit cibo sacramentorum assumptos in patria reficit omnino et nos gaudio. Io. Per me si quis introierit salvabitur et ingredietur et egredietur et pascua inveniet ꝛc. Quia in patria pascua sunt ingredienti intus